Sit omnibus notum quod Ego Jacobus de puteo de Corriano attendens me emisse a Guillelmo de Gira de [illegible] quasdam petias terre con-
tiguas quas habebat et tenebat in parrochia de Corriano in loco vocato pontovol. Quarum una affrontat ab oriente in honore [illegible]
ab occidente in honore Arnaldi mir. Et alia affrontat ab oriente in honore Guillelmi de [illegible] ab occidente in honore de
[illegible] cum instrumento confecto .x. kalendas Decembris . Anno domini .M°.ccc°.xx°. secundo in posse Jacobi [illegible] notarii
publici de montilis que terre fuerunt de pertinenciis mansi bonis parrochie de Corriano qui tenetur per [illegible] sancti Da-
nielis Gerunde attendens etiam quod domina abbatissa eiusdem monasterii tempore dicte mee emptionis [illegible] nec per-
mittebat dictas terras exire de dicto manso . dicendo et allegando quod dictum monasterium habere debet de dicto manso
[illegible] aut loco ipsarum recipiebat octo solidos barchinonenses quolibet anno pro ipso manso quos sive quas habere non poterit dictum
monasterium si dicte terre de ipso manso exirent . Attendens necnon quod ego dicebam et asserebam quod dictum monasterium [illegible] dictas
terras [illegible] habere personas de dicto manso aut dictos octo solidos preteritum ipsarum [illegible] et [illegible] tenentes dictas terras
[illegible] predictis et attento quod vos dictam emptionem michi firmastis convenio et per firmam stipulationem promitto vobis ve-
nerabili domine Beatrici dei gratia abbatisse monasterii predicti et succedentibus vobis in posse notarii infrascripti tamquam pu-
blice persone nomine omnium quorum interest vel interesse possit legitime stipulantis et recipientis quod si unquam dicto man-
sus vocato bonis cum honoribus possessionibus ac pertinenciis suis qui et que ibi nunc sunt [illegible] dicto
[illegible] vel [illegible] in tali casu recipiemus ad accapitum a dicto monasterio ipsum mansum et de ipso faciemus dicto monasterio
unam personam sive hominem vel feminam condecentem que in ipso manso residenciam personalem faciat aut faciemus
et prestabimus vobis et successoribus vestris et eidem monasterio loco et vice ipsius persone annuatim in festo sancti Stephani octo
solidos barchinonenses de terno ultra alios census et agraria quos et que prestant et prestare debent pro predicto manso
et eius honoribus dicto monasterio . Et pro predictis attendendis et complendis obligo vobis et successoribus vestris in posse
notarii infrascripti nomine quo supra stipulantis predictas duas petias terre cum [illegible] meliorationibus ibi factis
et inmodo faciendis . Actum est hoc . vij . idus Marcii . Anno domini .M°.ccc°.xx°. secundo . Signum Jacobi de puteo
predicti qui hec firmo et laudo . Testes huius rei sunt Petrus Ferrarii draperius et Arnaldus de torrente de Gerunda .

Signum Arnaldi de manso notarii publici substituti auctoritate regia a Bernardo de toylano publico Gerunde notario qui hec scribi fecit et clausit .

9-8-1383

Promesa [illegible]
coram [illegible]
[illegible]
persona dama de Corça
[illegible]

n.º 638

T. 260 X 260

AC f 261 N. [illegible] Corça

667

[illegible] Promesa [illegible]
Corça. Llibre 21 p. 98